UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

Inventio S. Stephani &c. S. Lydia purpuraria. S. Euphronus Eps 3. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1. Inventio S. Stephani Protomartyris ac SS. Gamalielis, Nicodemi & Abibonis, Honorio Imperante, mundo fuit ſalutaris, nam & oſſa SS. à Deo cuſtodiri ac honorari ipſo revelante viſum fuit, & Beatæ reliquiæ per orbem diuiſæ multis fuerunt magnæ cauſa ſalutis.

2. S. Lydia purpuraria, ciuitatis Thyatirenorum nobiliſſimi eo tempore muneris, colentiſq; Deum, Paulo Apoſtolo prædicante Philppis in Macedonia, Deus aperuit cor, vt intenderet his quæ à Paulo dicebantur domum baptizata ſuã fecit Eccleſiã.

3. S. Euphronius celeberrimus Eps. apud Turones in Gallijs, concilio Pariſienſi interfuit, in quo Regum & Miniſtrorum Regiorum audacia in Eccleſiaſticis iuribus eſt animoſe damnata. Floruit circa A. 560.

Inventio S. Stephani &c. S Lydia purpuraria. S Euphronus Eps 3. Aug.

Mundi contemptus.

Gratiam Chriſti clarificatus invenit, quia mundi gloriam non quæſivit, S. Maximus.

Da quæſumus Omnipotens Deus, vt B. Stephani M. Inuentio (S. Lydiæ; S. Eupronij ſolemnitas) veneranda & deuotionem nobis augeat & ſalutem per D. N. J. &c.

Ora pro eis qui ægris miniſtrant &